Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



60

manifestum est. ut inferius hic ypha dicit. ex diebus gabaa. id est ex diebus saul. qui fuit
de gabaa. Tunc enim hoc ipsum quod uellet letari. et exultari sicut ppli. manifes
tauit samuel his uerbis. Ecce tu senuisti. et filii tui non ambulant in uiis tuis.
Constitue nobis regem ut iudicet nos. sicut et uniuerse habent nationes. Cui quod
dicit dnus audi uocem in omnibus que locuti sunt tibi. non enim te abiecerunt. sed me ut reg
nem super eos. iuxta omnia opa sua que fecerunt a die qua eduxi eos de egypto usq;
ad diem hanc. sic dereliquerunt me et seruierunt dis alienis. sic faciunt etiam tibi.
cum inquam hec et cetera dicet dnus. et samuel cuncta illis contestaretur. ecce firmius ma
nifestauit israel. quod uellet letari et exultari sicut ppli dicens illi. Hequaquam. Rex eri
et super nos. et erimus nos quoq; sicut omnes gentes. et iudicabit nos rex nr. et
egredietur ante nos. et pugnabit bella nra pro nobis. Hinc iuxta hec leticia ppli. hec
exultatio est gentium. regem alium habere quam dm. et hac leticia letari. tali exultatione
exultari noluit israel. quando regem saulem expetiuit. quando secuti sunt ieroboam re
licta domo dauid. quando xpm negauit. ante faciem pylati. dicens. Nos non habemus
regem nisi cesarem. Verum talitr letari. tali modo exultare: non concedit ppli illi qui le
gem accepit et cultum pfectus est dei. qualiter letantur. uel quomodo exultant ceteri
ppli qui nunquam habuerunt noticiam dei. ut iacet illis quemadmodum et ceteris genti
bus deserto deo pspari in temporib' domi. Ait g. Noli letari israel. noli exultari
sicut ppli. sub audit. quia non decet te. Quare. Qia fornicatus es a deo tuo inquit.
Ac si dicat. Aliter enim iudicat adulteria. que fornicando recessit a uiro suo.
atq; alit meretrix que milli fide dederat. neq; umquam stricta fuerat um
culo coniugali. Tu uirum dim sortita fueras. et tali marito contempta. dor
misti cum altero uiro. immo cum pluribus uiris. olim in deserto et in sama
ria. siue etiam in iherosolimis. cum uitulis aureis. et cum baal cetisq; deor poten
tis. et nouissime cum barraba latrone: que et negato xpo pelegisti. et hec adulte
ria mariti deprehendit. Precep aut lex ipsa qua tu pfessa es. Si spe zelotipie coci
tauerit uiri contra uxorem suam. adducet eam ad sacdotem. Cui quod steterit mulier
in conspectu dmi. discooperiet capitis eius. et ponet super manus illius sacrificii recor
dationis et oblationem zelotipie. ipse autem tenebit aquas amarissimas. in quibus
cum execratione maledicta congessit. adiurabitq; eam et dicet. Si declinasti
a uiro tuo atq; polluta es. et concubuisti cum altero. his maledictionib;
subiacebis. Det te dnus in maledictionem exemplumq; cunctor in populo suo. Putre
facere faciat femur tuum. et tumens uterus tuus disrumpat. Ingrediantur
aque maledicte in uentre tuum. et utero tumescente putrescat femur tuum.
Et respondebit omis ppls amen amen. Non sic examinat. uel iusto scio iudicat.